

# PLAGAE EURO- PAEAE COMMENDATIO.



Rbem quid pedibus legitis, tabulisq; librisq;  
Orbis in EVROPA est, cetera terra nihil.  
Seruit mancipijs Asia, & victa Africa monstribus,  
Horror in America est, semiferumq; domus.  
Ast Europa Ioui dilectaq;, raptaq;, visa est  
Pulchra parens hominum delitiosa locis.

Quattuor à sinibus regna exorientia magnis,  
ATanai ad Gades, ad tua Phryxæ vada;  
Atlas ad Locros, ad regna Lacinia spectat,  
Expers Epiri fulminis inde iugum;  
Ad mare Leandri, post ad Maotida: quicquid  
Intra est, EVROPAE Iupiter antè dedit.  
Europam tu sola facis Germania nobis  
Natio bellatrix, & pia, docta, potens.  
Hispanus Martem; Neptunum Oenotria, Ianum,  
Atque Iouem; Musas Gallia compta; tenent.  
Anglia Mercurium; Iunonem Græcia; Faunos,  
Panaq; cum Satyris Sarmata durus; habent.  
Hi tibi conficiunt vnam Germania dotem,  
Cunctis Pandoram te faciunt que bonis.  
Europam quæris velut alter Cadmus? in ære hanc  
Dat Quædus, & paruo hic en datur ære tibi.  
Hic Pallas, Cadmus, dedit artes, armaq; vterq;  
Europa frater Cadmus, at illa parens.

Vilhelmus Salsmannus D.  
& P. Lau.



IN EANDEM SENTENTIAM.



*N* Europæi situs hic tibi sistitur orbis,  
 Amice Lector, orbis huius incola;  
 Quam si fortè tibi penitus lustrare vacabit,  
 Reliquas requires neutiquam Mundi plagas.  
 Nam quod in chartis tibi se non offeret istis,  
 Terrarum in orbe vix reperias integro.  
 Ne tamen ignores; huius Germania membrum  
 Capitale, præcipuumque, potior pars erit,  
 Tot rarorum operum inuentrix, tot mater & altrix  
 Scientiarum pariter, ac tot artium;  
 Hæc tot doctorum ingenij sæcunda virorum;  
 Tot Vatum, ego inquam, Rhetorumque insignium:  
 Ut videar merito hanc mihi posse Heliconam vocare,  
 Vel potius vniuersitatis horreum;  
 Dum creperi toties fortunam experta duelli  
 Coronam ab hoste bellicam semper tulit:  
 Ac nisi civilis quateretur turbine Enyus,  
 Caput vniuersi propediem Mundi foret.  
 PLVRIMVS hanc fateor (classem ille Gerhardus  
 Mercator, Hondiusque, ducunt) hæcenus  
 Celauit sculptor; verum spaciosius æquo,  
 Sic ut parietes ijs quidem ædium intimos  
 Egregiè quibus lateque ornare potis sit,  
 Sed quæ parum portatiles ad iter sient.  
 Quando igitur passim, velut ille πολύτροπος & errans,  
 Lector peregrinaris; εν ΚΑΚΩΣ tibi  
 Noster ἀπειρόχου & Quadianæ gloria gentis  
 Haud respuenda iudice Vtenhouio,  
 Ut peregrinanti fastidia longa viarum  
 Discutiat, ἐχρησίδιο eius exhibet:  
 Nempe ut in exigui formam contracta libelli  
 Vicem vehiculi præstet in via tibi.

μὲν  
 ΚΑΡ ΟΑΟΟ  
 ΟΥΘΕΝΩΒΙΟΟ.

EVROPÆ



# EVROPAE PRAE- CONIVM.

**A**rs, Mars, Sors, celebrem, inuictā, ditē atq̄ potentem  
Reddidit Europam, laude, deore bonis.  
Non Asia campipatule, nec America magna,  
Non dotes tantas Africa terra tenet.  
Vasta illa Australis, cum vix sit cognita cuiquam,  
Parte vel minima huic æquiparanda venit.  
Hæc opibus nulli est, nec fertilitate secunda,  
Vrbibus, aut Syluis, montibus, aut fluuijs.  
Parua quidem spacio, sed nomine maxima, & est re:  
Singula sunt alijs, hæc bona cuncta tenet.  
Sola igitur felix Europa, quaterq̄ beata,  
Quam bona, tot Diuum nomine, tanta beant.

Matth. Qu. Chalc.



AE=

atem

alc.



